

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1626**

§. 1.

<urn:nbn:de:hbz:466:1-45802>

Ex altera etiam parte, per hanc veritatem prospicit sapientia diuina ea, quae ad ipsorummet hominum bonum expeditum, quorum cum sint varia ingenia, & naturales propensiones, ac vires inaequales: alij amant solitudinem; alij cupiunt inter plures habitare; alij propendunt ad contemplationem MARIE vitam; alij ad actionem Matthei; alij astant magnam in pœnitentij severitatem: alij in eisdem sumendis sunt molliores. Vt autem omnes perfectionem Religiosam obtinere possent, constituit Religionum varietatem, ut essent propensionibus, ac facultatibus, & viribus omnium fidelium accommodatae. Ad hac ex temporum varietate oriuntur in Ecclesia varie necessitates, aliae spirituales; aliae temporales nunc ob haereticorum persequitiones, nunc ob ignauiam & incuriam Catholicorum ad quas necessitates reparandas diuina sapientia recentes erigit Religiones, cum accommodatis Institutis ad subueniendum Ecclesiarum in his angustijs ac pressuris. Denique tanta est humana miseria: ut eadam Religiones, quæ magno feruore in viis ad perfectionem contendebant, sensim repescant, & in spiritu innotescant, quibus interdum evenit, quod in illa Nabuchodonosoris statua fuit delineatum, cuius caput quidem erat ex astro optimo, pectus autem & brachia de argento, venter & femora ex ceram, tibia ferrea, pedum quadam pars erat ferrea, quedam autem filialis. Ita in Religionibus sape descenditur per suos gradus a feruore perfectæ charitatis usq; ad tepiditatem vite terrena. Quælibet diuina prouidentia nunc excitat viros Apostolicos, qui eas reformat, & rebus aliquibus recentibus additis, in pristinum feruorem restituunt: nunc nouas erigit Religiones, quæ nouo feruore suum eursum auxipientur. Et cum omnia noua placeant, adferantque admirationem: plures homines ille ad se trahunt, qui leuantur perfectionem, quam Deus noster in domo sua statuerat renouare. Quæ omnia clarius intelligentur ex particulari horum Institutorum varietatis declaratione.

**Q**UAMVIS septem columnarum numerus ( ut ait S. Gregorius ) non significet multitudinem determinatam, sed perfectionem in ea, hoc est, necessariam multitudinem ad domus Dei conseruationem: licet nihilominus Religionum varietatem ad septem ordines reducere: eò quod septem sint principi fines, ad quos illæ, varijs actionibus & operibus tripliis vita, Contemplatiæ, Actiæ, & ex utraque Composite tendunt. Alij enim magis eminent in operibus amoris & cultus Dei; alij in operibus penitentiarum & abnegationis sui ipsorum; alij in operibus misericordiarum erga proximos.

**P**RIMUS Ordo est Anachoretarum sive Eremitarum, qui tanquam finem sui Instituti, respiciunt contemplationem, secedentes ad loca secreta

Tom. 3.

Z

& fu-

i<sup>2</sup>  
sapientia  
divina pro  
spicit quæ  
ad hominū  
bonum  
pertinet.

3.  
Religiones  
inguntur  
et succur-  
satur ec-  
clesia ne-  
cessitatibus

4.  
c Dan. 2. 31.

Omnia  
nouâ pla-  
cent.

Li. 17. mor.  
cap. 17.

Ex Caffian.  
col. 14. c. 4.  
D. Thom. 2.  
1 q. 188.

I.  
Ordo pri-  
mus Reli-  
giosorum  
est eremi-  
tarum.

a Matt. 4.1.  
Christus  
vitam ere-  
miticam  
exercuit  
per 40 dies

b Isa. 35.1.

Apud Cass.  
coll. 16.5.3.

2.

Supra 5.8.  
Ordo reli-  
gionis se-  
cuodus  
cœnobita-  
rum.

c Luc. 5.3.  
d Jon. 6.38.  
huius Or-  
dinis velut  
finis est  
contem-  
platio.  
Oratio in  
laudem S.  
Basilij.

& fugientes hominum confortia; ut orare, & liberius cum Deo suo possint. In qua re imitantur secessionem Eliæ, & S. Joannis Baptiste; immo ipsius Sapientiae incarnationem, quæ statim post Baptismum fecerit a deo per spatum quadragesima dierum exercens vitam contemplatiuum: qui postea sequuti sunt, qui huiusmodi vitae fuerunt columnæ, sancti sicut Paulus, Antonius, Hilarius, Macarius, Simeon, & alii multi quorum; ali in lepulchris sese abdebat; alii stabat super columnas; alii in montibus in speluncis desertis habitabant. quam viuendi rationem Deus appbabat, magnisq; miraculis & singularibus favoribus ita commendabat eis tanquam illicijs permoti multi eos imitarentur. Ex quo factum est AEgypti, Syriaeque deserta magna huiusmodi Religiosorum multitudine conderentur. Et ita quodammodo implebatur quod dixit Ilias: b latitudine deserta & innua, & exultabit solitudo, & florebit quasi lumen. Germine enim infinitam Virginum & continentium multitudinem habitationem in desertis, contemplantium gloriam Domini, & decorum Deinos. scilicet cum hæc solitudinis ratio successu temporum euaderet periculosum quamvis ibi esset tutæ Castitas, & contemplatio magis quietarata (vñ quid S. Abbas bene expertus dixit) votum Pauperatus aliquid de suo splendore amitterebat, ob curam & solicitudinem ciborum vestium, & reliquarum, quæ erant ad vitam ducendam necessaria; & ipsum votum Observant, quod est inter reliqua præcipuum, non habebat, occasionem, quæ erceretur; sed potius erat occasio, ut proprium Iudicium propriaque voluntatis præualerent, cum magno periculo in superbia abyssum incidendi.

Quare diuina Sapientia secundum Religionis ordinem constituit Monachorum scilicet Cœnobitarū, qui in cōmunitate sub vnius Prelati obediencia viuerent; cuius finis (vt refert ipse Cass.) erat propriā voluntatem monasteriorum solitudinem depenerē: disponentes sedis contemplationem per continua exercitia obedientie, ac fiducia de gubernatione & prouidentia Dei per ipsos Prelatos, ad imitationem ipsiusmet minimi; qui cum esse æterni Patris Sapientia, cœnobitus tamen sese hominum descenditq; de calo, non ut faceret voluntatem suam sibi eius, quis miseras eis Hic ordo habet in se, quod bonum est Anachoretarum: Contemplationem scilicet tanquam finem, absq; eo, quod erat apud illos periculum; hic enim habet magna subidia ex Societate aliorum Religiosorum eiusdem Professionis; & ex directione Superiorum: quare tanquam magis tutum eum fundauit & constituit in Oriente S. Basilius: reducens (vt ait de eo S. Gregorius Nazianzenus) Monachos per deserta separatos ad cœnobia, præscribens Regulas & constitutiones fini & votis ipsorum ac omissis. In Occidente autem eundem ordinem instituit S. Benedictus; ex cuius familiâ

multæ aliæ Religiones, quas Monasticas vocam⁹, prodierūt: inter quas valde prelucet Religio Carthusianorū, cuius S. Bruno fuit fundator: & q̄ habeat plus de solitudine, & minus de conuersatione, etiam inter iplos Religiosos.

Hic affinis est *tertiu* Ordo: cuius finis est propria perfectio; ita ut ex ipsis Instituto nihil agant cum proximis. Perfectioni autem sua varijs vijs attendunt, nam aliqui excellunt in exercitjs diuini cultus, orationis vocalis honorantes Deum cantis & choris prolixioribus; celebrantes magna solennitate officia diuina, implentes ea ratione quod valde proprium est domus Dei, v. s. t. e. *Domus Orationis*. Alij excellunt in severis exercitjs pénitentiarū & asperitatum externarum, induentes se pannis crassis & cilicijs, & nudis pedibus incedentes, abstinentes à carnis bus, imd etiam aliqui à lacticinijs; & alias laudabiles suscipientes mortificationes, vt carnem suam spiritui subijcant, & semper mortificatiōnem Iesu in corpore suo circumferenter, & ḡstigmata Domini leui, (vt ait Apostolus) in corpore suo portantes, vt eum imitentur.

**QUARTVS** Ordo est Religionum habentium finem proptium opera misericordie corporalia in bonum proximorum, siue gerendo curam infirmorum in Xenodochijs, siue peregrinos hospitio excipiendo; captiuos redimendo; aut laborando in querendis elemosynis pro indigentibus; aut varia Matthei officia exercendo in Bethania, quod interpretatur domus obediētia: ed quid in his omnibus operibus ab ea dirigantur; ministrandes sicut Martha corporaliter ipsi Christo in eius pauperibus, eorumque necessitatibus subueniendo: qua necessitates motiva quādam fuerunt, vt viri aliqui sanctitatum Religionum professionem inuenirent ex inspiratione Sapientiae divinæ, quæ vniuersalis est omnium prospectrix.

Hic etiam orrus est quintus Ordo Religionum, quas Militares appellamus, quarum finis est armis Ecclesiam à visibilibus eius hostibus propagnare, vt in pace, & absque aliquo impedimento attendere possit ad res spirituales; & subedio esse Christianis oppressis ab infidelibus: ed quod hoc sit opus misericordiae valde placens Deo, qui dixit: *h. eripite pauperem, & egenum de manu peccatori, liberate*. Neque parua censenda est charitas, quam hic & proximè præcedens ordo proficitur: siquidem tales Religiosi vitam propriam offerunt pro vniuersali Ecclesia bono, aut pro seruitio aliquius infirmi peste infecti, aut pro redemptione in captiuitate detenti, exponentes etiam periculo propria libertatem: vt alij eam recipient, & non pereant.

**SEXTVS** Ordo est Religionum profidentium vitam mistam, contemplativa scilicet & actuum in suis optionis operibus: qualia sunt misericordiae spiritualia in bonum animatum, confessiones excipiendo, concionando, docendo, & consilium præbendo. Quam ob causam occupantur & ipsi in studijs scientiarum humanarum ac diuinarū: quæ ad huiusmodi ministra-

Author ordinis  
in occiden-  
te S. Bene-  
dictus.

3.  
Tertiij or-  
dinis finis  
est propria  
perfectio.  
e Isa. 56. 7.

F 2. Co. 4. 10  
g Gal. 6. 19.

4.  
4 Quarti  
ordinis fi-  
nis sunt o-  
pera mis-  
ericordiae  
corporalia.

5.  
S. Tqem. 2.  
1 q. 188. n. 3.  
Quintus  
ordo mili-  
tarium.  
h Psal. 81. 4.

6.  
Ordo pro-  
fidentium  
vitam mi-  
stam

praestanda sunt necessaria: dāt tamen suum tempus orationi, & contemplationi, vt hauriant quod alios doceant, ad imitationē Salvatoris, quicquid vitæ suæ annis nocte v. acabat orationi, die vero prædicationi ad communia proximorum. Et quoniam hic finis excelsior est, & quod amplectens trumq; actum charitatis, amoris scilicet Læti, & proximi circa bona omnia quæ præstant corporis bonis: id est hoc Institutum, ex hac parte (ita Thom.) est cæteris præstantius: quod profiterentur multæ Religiones dicantes, spiritualibus hisce armis assistentes Ecclesia: vt eam ab haereticis & conseruent Catholicorum verò spiritum ad maiorem pietatem extimulent. Quam ob rem, cum Ecclesia esset in huiusmodi angustijs, citauit D.N. insignes duas Religiones Mendicantes, sub sanctis Domini & Francisco: quemadmodum ipse reuelauit summo Pontifici, quicquid Ecclesiæ præsidebat, ostendens dormienti, Ecclesiam S. Ioannis Lateranensis minari ruinam, quam duo illi Sancti humeri appositis sustinebant. Quo meritò & illi, & ipsorum Religiones dicuntur Ecclesiæ columnæ; & eas sexta, quæ sustentat domum & starum Religiosum.

**E I D E M** est valde similis *septimus Ordo Religionum*, quæ dicuntur clericales, Religiosorum scilicet Clericorum, oundem habentes finem, qui proxime præcedentes non solum perfectioni propriæ attendentes, sed iam perfectioni proximorum: adiuuantes suis ministeriis Prælatos & scopos in rebus aliquibus, officiorum eorum propriis. & hic ordo fuit unus in Ecclesia institutus ab ipsissimis Apostolis, quemadmodum ailleius Pius IV. Pontifex in Bulla quadam Canonorum Regularium, quam fert Nauatus. Nā in ipsis Ecclesiæ initijs oës Clerici obstringebant se in Calitatis, Paupertatis, & Obedientie: nihil proprij habentes, sed ex benevolentia, in qua degebāt, se sustentantes. Sed, cū sensim feruor ille, ac ueritas intepesceret, S. Aug. eū in sua Diocesis renovauit; custodiēs, vt ipsa hanc Clericalis status perfectionē; & omnibus suis viribus alios exhortarentur & imitarentur. Ex quo disciplina illa ad alias etiam multas Dioceses transiit & nunc etiam durat in multis Cathedralibus Christianitatis Ecclesiis.

**S E D** nostris hisce temporibus voluit Sapientia dixina septima huius lumna addere, tanquam eius partem, Societatem Iesu: quam Tridentinum Concilium Religionem appellat Clericorum. Videns enim, quam graviter premeretur Ecclesia propter haereses, quæ in Regionibus septentrionalibus recens erant exortæ; & propter Catholicorum relaxationem & fringitatem circaulum Sacramentorum, & bonam filiorum educationem, infatuatus Patri nostro S. Ignatio foundationem suæ Religionis, & ministeria, quibus erat ad tot necessitates reparandas. & ut speciali voto se se obligaret, obediendum Pontifici, vtirent ad loca haereticorum, & gentilium.

*Seff. 25. c.  
Decr. de  
Regul. c. 16.*

*1.2 q. 188.*

*a. 6.*

*Huius or  
dinis institu  
tum cæ  
teris præ  
stantius est*

*7.  
Ordo reli  
giosorum  
clericorum  
Vide Platū  
lib. 2. de bo  
stat. rel. c. 23*

*In c. statu  
mus. 10. q. 3.  
nu. 6. & 8.*

holicam fidem vel defenserent ab hereticis, vel plantarent inter gentiles: hisque concionibus & exhortationibus homines permouerent, ad exercitio orationis & frequentiam Sacramentorum, Cofessionis, & Communionis magna cura illa administrando; & præterea doctrinam Christianam pueros & rudem plebem docendo; & in omni bonorum morum genere eos instruendo. instituit quoque scholas, vt docerent iuuentem legere, & scribere, litteras humaniores, & scientias naturales, sacramque Theologiam; diligenter dando operam, vt simul cum litteris virtutes imbiberent. Quæ ministeria adeò sunt Religiosorum propria, vt Iosephus Iudæus loquens de Eclesiæ sive illi essent Religiosi sua legi, sive qui ad Christianismum conuertebantur, vt supra est dictum) dicat, quod cum illi castitatem seruarent, nec proprias haberent proles: suscipiebant alienas in ætate tenera, vt eas docerent, suosq; pios mores illis instillarent. Quod si Religiones Monasticæ, quæ à communi confortio magis sunt separatae, hoc munus exercuerunt, vt constat ex S. Basilio, & S. Benedicto: quantò aptius id præstare poterunt Clerici? ideoque verisque prescripsit sexta Synodus, vt Presbyteri & Monachi in suis Monasterijs & Ecclesijs scholas haberent, in quibus fidelium liberi benè instituerentur.

## CAP V T IV.

EXCELLENTIA SEPTEM HORVM ORDINVM Religiosorum, & eorum firmitas in persecutionibus.

**S**EPTEN illæ status Religiosi columnæ in proximo capitulo posita, tanta varietate exercitorum & muniorum sunt expolitæ, & tot scientiarum ac virtutum splendore & elegancia exornatae, vt facile prodant infinitam artificis, qui eas ad gloriam suam expolivit, sapientiam. Primum enim, quemadmodum Ecclesia ipsa Catholica in omnibus statibus iustorum, quos habet, innititur septem columnis septem virtutum, quas Cardinales & Theologicas appellamus, Fidei scilicet, Spei, & Charitati, Prudentię, Iusticie, Fortitudini, ac Temperantie, cum septem Sancti Spiritus donis, quæ illas adiuuant, & in earum actionibus extollunt, ad conseruationem & perfectionem iustorum. Ita etiam Dominus noster fundavit domum Religionis cù omnibus suis Ordinibus & Institutis supra septem speciales virtutes, quæ actionibus suis valde perfectis, columnarum instar, eam sustentant: Castitatem scilicet perpetuam, Paupertatem voluntariam, Obedientiam & Subiectiōnem proprijs suis Prälatis; & Religionem sive devotionem, ex qua vota procedunt, quibus illas confirmat; Charitatem fraternalm cum multorum coniunctione & unione in eadem vita ratione; fugam sæculi, qua Pater,

Lib. 2, de  
bell. Ind. 5. 7

Regul. 191.  
fus. c. 4. 5  
5.

Mirabilis  
Dei sapien-  
cia in ordi-  
num fun-  
datione.

I.  
Virtutes  
septem re-  
ligionis.